Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ, Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Principium 7. Cùm partium Jura sunt obscura, Reo potius favendum est, quàm Actori.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48233

Visual Library

tionem quoque neceſſariam eſſe, quæ nihil aliud eſt, quàm ...tum Judicii, quod fit per petitionem Actoris in Judicio ...tam, & ſecutam Rei reſponſionem animo litigandi.

PRINCIPIUM VII.

...um partium Jura ſunt obſcura, Reo potiùs favendum eſt, quàm Actori.

Senſus.

Hoc eſt, quando Actor aut nihil probat, aut non niſi æ...liter probabiles rationes affert, tum pro ipſo Reo potiùs ...da eſt ſententia, quàm pro Actore; modò non ſit con...verſia de re favorabili, puta de dote, libertate, teſtamento, ...monio, &c. in his enim caſibus potiùs Actori favendum ..., uti in le. Titia, 59. ff. de manumiſſis teſtam. & le in ambi...85. ff. de reg. Jur. & le. ſi pars 10. ff. de inoff. teſtam. & c. ...nebatur. 6. de deſponſ. impub. definitur.

Authoritas.

Deſumptum eſt ex l. 6. decret. cap. fin. reg. 11. & ex le. ...ff. de reg. Jur. ubi dicitur: Favorabiliores Rei potiùs, ...Autores habentur; & illud explicant etiam, & tuen... Caniſ. Decius, Dynus, ac Barboſa axiom. 199.

Ratio.

Quia, cùm agatur de re ſua ipſi Reo adimenda, meritò ...diu melior debet ipſius ut poſſidentis eſſe conditio, ...ec validioribus argumentis de ſua poſſeſſione deji...tur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui in judicio petit reſtitu...nem ſibi fieri, non eſſe exaudiendum, ſi non legiti... probaverit, rem ad ſe pertinere, uti in cap. Inter ...ctos. 6. de fide inſtrum. dicitur & clariùs in cap. fin. ...jurej. his verbis: Actore non probante Reus, etſi nihil ...terit, abſolvitur.

Deducitur 2. Quando utrinque Teſtes æquales in aliqua ...tione adducuntur, pro Reo pronunciandum eſſe, ſi cæ...ra ſint paria; cùm promptiora ſint jura ad abſolvendum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quàm condemnandum, ut ſuprà ex cap. Ex literis. 3. de prob. dictum eſt.

Deducitur 3. Si duorum Ordinariorum unus Reum abſolvit, & alter condemnat, illius ſententiam præferendam eſſe, qui pro Reo decidit, uti in cap. fin. de ſent. & re judic. definitur.

PRINCIPIUM VIII.

Non debet Actori licere, quod Reo non permittitur.

Senſus.

Hoc eſt, quando ſpecialis aliqua ratio, eáque major non militat pro Actore, tum nullum ei privilegium aut facultas in judicio concedenda eſt, quæ non eodem modo etiam Reo competere debeat.

Authoritas.

Deſumptum eſt ex le. 41. ff. de reg. Jur. item ex le. 6. decret. reg. 32. illúdque referunt, & tuentur Caniſ. Decius, & Dynus.

Ratio.

Quia, cùm favorabiliores ſint partes Rei, quàm Actoris, rectè infertur, non eſſe plus permittendum Actori, quàm Reo, niſi ſpecialis aliqua ratio pro eo militet.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si Actori beneficium Appellationis conceditur, etiam Reo id concedendum; & viciſſim ſi Reo id negetur, etiam Actorem eo carere debere, uti in c. 2. de mutuis petit. dicitur.

Deducitur 2. Sicut Reus poſt litem conteſtatam mutare Procuratorem aut litem in ſe transferre non poteſt, ita nec Actori id licitum eſſe debere, uti in le: poſt litem. 17. ff. de Procur. habetur.

Deducitur 3. Si Actor impetravit, ut Reus cogatur perſonaliter comparere, etiam ipſum debere adeſſe judicio in propria Perſona, uti Decius cum aliis in cit. reg. docet. Aliud foret, ſi Reus vellet perinde ex variis Judicibus unum eligere, ſicut Actori licet; ſic enim cùm Reus eludere poſſet judicium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN